

B. C. D.

REGIÆ ACADEMIÆ  
**GUSTAVO-CAROLINÆ**

SIVE

DORPATO - PERNAVIENSIS  
*HISTORIAE*

PARTICULAM DECIMAM NONAM

CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE

**GUSTAVO SOMMELIO,**

PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO.

AD PUBLICUM EXAMEN

DEFERT

SVEN NICOLAUS SELLMAN,

SMOLANDUS.

D. VII. MAJI. A. MDCCXCVI.

---

---

LUNDÆ,

Typis BERLINGIANIS.

## Theses Respondentis.

I.

*Incommoda, quæ luxum comitantur, plura majoraque sunt, quam ut eum Reipublicæ utiliū esse affirmare audeam.*

II.

*Ad linguam gentis cuiusdam probe intelligendam, ingenium ejus, mores atque instituta nosse, non solum permagni interest, sed necesse quoque exit.*

III.

*Quamvis universale & negativum sit Prinzipium Contradictionis, experientiam tamen & realitatis cognitionem præcessisse ponit.*

IV.

*Pias, quæ vocantur, fraudes progressibus religionis Christianæ magis obfuisse, quam profuisse, in dubitationem adduci non debet.*

V.

*Neminem, qui regulas, quas Logica tradit, experientia nisi noverit, fugere potest, felici successu hanc scientiam ab aliis addisci non posse, quam qui observationes rite instituere queat.*

245

245

vero Moller, Backmeister & Gadebusch injiciunt, a cæteris prætermissam, quod munus Juris Professoris cum munere Assessoris conjunctum fuit.

In meritis ejus literariis commemorandum quoque est insigne de Jure Rigensi studium, a Gadebuschio l. c. sic prædicatum: In einer alten Handschrift des livländischen Ritterrechtes habe ich gefunden, Flügel habe das rigische Recht meist in die Form, wie es nun ist, gebracht.

SAVONIUS (Michaël) \*)

Solum hujus nomen commemorare pro instituti ratione KELCH, MOLLER & ROLOTT II. cc. satis habuerunt, quæque præter illud BACKMEISTERO l. c. p. 185 & GADEBUSHIO l. c. P. III. p. 87 de illo innotuerunt, paucissima sunt, & hæcce tantum: primum Regiæ Scholæ Dorpatensis Rector fuit \*\*) deinde, in Academia Dorpatensi constitutus est Ethices & Logices Professor;

H h

quibus

\*) Cujas fuerit, nullibi annotatum legi. Video autem, Henricum quendam Savonium, qui Nylandum se appellavit, Aboæ a. 1674 disputasse, cfr. Cat. Dispt. Abb. Liden p. 42. num. 6. atque cum hoc communis Michaëli & gens & patria fortasse fuit.

\*\*) Primum istius scholæ Rectorem Gadebusch eum appellat, addens illum in Archivi Senatus Dorpatensis Armar. I. Vol. XII. n. 4. nomen suum hunc in modum inscripsisse: Michaël Jobannis Savonius Rector Scholæ Regiæ.




quibus quod addam nihil suppetit, nisi id, quod a. 1639, ut ex titulis disputationum, sub ejus præsidio habiterum, constat, suæ Facultatis Decanus fuit. Homo vero fuit, ut ex actis Academicis liquet, qui sibi indulgens regere ac continere affectus non potuit, tantumque in altercationibus, quantum potuit, temporis alios lædendo eorumque otia turbando, consumsit; prætereaque cum munus negligeret, id ei per literas Regias abrogatum est a. 1650. Quorsum abierit, ac reliqua ejus fata ignoro.

Scripta. \*)

- 1) Disp. de Meteoris in genere, simulque de Ignitis veris in specie R. Nicolao Laurentii Nykopensi 1633. 4:0.
- 2) Disp. de Philosophia in genere quarta, de Distributione Philosophiae R. Israële Arvidi Greenbeckio Smolando 1633. 4:0.
- 3) Mundo ejusque partibus R. Bened. Baazio Smol. 1633. 4:0.
- 4) Liberalitate R. Johanne Bringio Smol. Sveco, Troll. Alumno 1639. 4:0.
- 5) Virtute Heroica R. Sven. Magni Hagelsten 1639. 4:0.
- 6) Forma R. Martino Nicolai Faxelio (non Faxe-  
nio ut Backmeisterus & Gadebuschius ha-  
bent) Neric. Sveco. 1639. 4:0.

7) Sensi-

\*) Ex his ea tantum, quæ hac in serie N. 6 & 7 o-  
ccurrunt, ex Backmeistero & Gadebuschio attuli; reli-  
qua in mea collectione obvia addidi.



- 7) Sensibus Internis R. Erico Petri Lerbeckio Ne-  
rikia Sveco 1639. 4:0.
- 8) Natura Ethicæ R. Matth. Matthiæ Læchlin Wi-  
burg. Carel. 1644. 4:0.

WOLLIN (Michaël)

Hunc virum aliunde, quam ex BACKMEI-  
STERO & von STJERNMAN cognoscere mihi  
non licuit. Ultra igitur cum nihil profecerim, hos  
audire satis erit. Pauciora vero sunt, quæ de illo  
Backmeisterus \*) annotavit, his usus verbis: Ver-  
möge eines Königl. Befehls vom Jahre 1641 sollte  
EWOLIN \*\*), Professor zu Dörpatt, der mit Lars  
SPARRE Söhnen, nach Deutschland verreisete, seine  
Professor-Befoldung, während der Reise richtig zu  
geniessen haben. Allein er befindet sich nicht in  
dem sonst vollständigen Verzeichnisse der Profes-  
soren, das Arwid Moller in seinem Schicksal der  
Stadt Dörpatt liefert. Fusius vero ejus mentionem  
v. STJERNMAN fecit hæc \*\*\*)) annotans: "Michaël

H h 2

"Wollin

\*) I. c. p. 155. not. subj.

\*\*) Sic nomen a Backmeistero hic scribitur; utrum ob-  
scurius scripturæ, quæ legi ab illo difficulter potuit,  
an Typographo tribuenda sit hæc nominis immutatio,  
incertum est: recte vero legisse v. Stjernman, nemo,  
qui Virum in legendis variis scripturarum generibus  
exercitatissimum noverit, in dubitationem adducet,  
eoque minus, quod nomen hoc non in uno sed in  
pluribus scriptis legit.

\*\*\*) Ex Actis Academicis v. Stjernman hæc descripsit,  
ac Bibliothecæ suæ Svio Goth. MSC, ad annum 1639

"Wollin Historiarum & Politices Professor in Aca-  
demia Dorpatensi, Magister filiorum Senatoris re-  
gni Sveciae Laurentii Sparre, a Proceribus com-  
mendatus Senatui Academico Dorpatensi, ut defu-  
gaz Menio, Historiarum antea Professori, sufficiatur  
Historiarum & Politices ordinarius Professor; ita-  
que unanimi consensu Acad. d. 13 Febr. a. 1639  
eligitur: sed quia gradum in Philosophia nondum  
haberet, orat Proceres Senatus Academicus, ut  
Upsaliæ honores Philosophicos obtineret. Obtinet  
interea confirmatorias literas d. 20 Martii a. 1639  
Wollin, sed insuper veniam a Regina CHRISTINA  
ad exterios abeundi. Et vacavit ita per aliquot  
annos professio, quamvis id cōgre ferrent Patres  
Academicci, sāpius vel de Wollino revocando vel  
alio substituendo cum Cancellario Scheding agen-  
tes, qui semper illud retulere responsi, speciale im-  
petrasse Wollinum privilegium, neque posse Can-  
cellarium in ea re Regiam mutare voluntatem,  
uti literæ sonant d. 11 Octobr. 1642. Hunc tamen  
Wollin Dorpatum nunquam accessisse, vel inde  
manifestum est, quod Andreas Sandhagen anno  
sequenti 1643 in Januario Professor Historiarum  
creatus sit".

### HEIN (Henricus)

Plures quidem Heinios JÖCHERUS in *Allg. Gel. Lex.* P. II. Col. 451. MOLLERUS in *Cimbr.*

*Lit.*  
ins̄eruit indeque descriptum b. m. Episcopus &c. Doct.  
Ol. CELSIUS mēcum communicavit.

*Lit.* T. I. b. nom. & GADEBUSCHIUS l. c. P. 2.  
p. 22. commemorant; hunc vero hi omnes taciti  
prætereunt. Prætermissum quoque a KELCH,  
MOLLER & BACKMEISTERO, Professores Dor-  
patenses enumerantibus, video. Paucā igitur sunt,  
quæ de illo afferri hic possunt, ac singula ejusmo-  
di, quæ ex istius ævi Exercitationibus Academicis  
eruerim; ex his autem cognovi, eum Rostochio  
huc evocatum esse \*), jam a. 1633. Juris utrius-  
que Doctorem, aulicique Regii Judicij Dorpatensis  
Assessorem \*\*) a. 1640. Juris Professorem Ordina-  
rium ejusdemque Judicij Regii Dorpatensis Assess-  
orem

H h 3

\*) Rostochio cum repetendum esse, inde liquet, quod  
filius ejus FRIEDERICUS HEIN, qui Uplaliæ a. 1642  
de Administratione Regni CHRISTI, Præside Laur.  
Stigzelio disputavit, & Dorpati de Medicina a. 1637  
peroravit, in titulo & Orationis hujus & istius dispu-  
tationis Rostochio Megapolitanum se appellat. Filium  
vero HENRICI HEIN f. U. D. & Professoris in  
Reg. Acad. Gust. & summi Regii Judicij Dorpaten-  
sis Assessoris in programmate, dictæ Orationi præmisso,  
Laur. Ludenius eum vocat. Ipsum vero Henricum  
Hein patre natum esse ALB. HEIN J. Doctore &  
Decretalium Professore Rostochiensi, qui a. 1646 d.  
Aug. ætatis 65 obiit (vide Jöcheri Allg. Gel. Lex;  
l. c.) suplicor.

\*\*) Sic eum Johannes Raulinius appellat in dedicatione  
Orationis lux de Beneficiis GUSTAVI ADOLPHI in  
univerlam Livoniā collatis, Dorpati habita, & a. 1633  
editæ. Cfr. h. hist. p. 49, n. 2.

sorem & Rectorem Magnificum \*) a. 1649 iterum Rectorem Magnificum \*\*) & a. 1653 Assessorem & Professorem adhuc fuisse \*\*\*).

Scripta.

- 1) Disp. de Pignoribus & Hypothecis R. Samuel Törnbeck Westmannus Dorp. 1653.
- 2) Disp. exhibens circa materiam de Successionibus ab Intestato ex Jure Communi, Juris Svedici & Livonici differentias.

ERICI STREGNENSIS Nobil. STJERNSTRÅLE  
(Johannes †).

Natus a. 1607 patre Cive Strengnesensi. Jaetis in ludo inferiori literarum fundamentis, animum ulterius doctrina exculturus Academiam petiit, Dorpatumque se contulit, ubi Academica civitate dona.

\*) Vide titulum disputationis *Abelis Lyre de Terra Præside Laur. Ludenio* 2. 1640 d. 31 Octobr. Dorpati habitæ.

\*\*) Hoc enim anno d. 29 Julii epicedium in laudem defuncti juvenis Philippi Thætorii cecinit, ac nomen subscribens Rectorem Academæ Dorpatensis Magnificum se appellat.

\*\*\*) Erlando Erl. Hjärne, hoc anno, Præside Pet. Lindenio disputanti, gratulaturus utrumque hunc muneris tirulum nomini suo adicrisit.

†) Quæ hic affero vitæ ejus momenta, tantum non omnia v. STJERNMANNO in *Matr. öfv. Sv. Ridd. och Adel* P. I p. 486. N. 571. debeo, ejusque vestigiis etiam insistere video GEZELIUM in *Supplm.*

donatus variis, quæ disputando ac perorando edit, eruditionis speciminibus ita inclaruit, ut Philosophiaæ Magister renuntiatus a. 1638 &, transacto duntaxat triennio, Astronomiaæ & Physices Professor designatus fit a. 1641 d. 17 Maji, quo munere fungens Facultatis Philosophicæ Decanus a. 1643 & 1647 fuit \*). In Regio Dicasterio Dorpatensi Assessor constitutus est a. 1650 d. 15 Junii, juxta que ei eodem anno d. 16 Julii demandata est extraordinaria Juris Professio. Nobilium ordini adscriptus est a. 1652 d. 30 Julii Stjernstråle \*\*) appellandus, ac paulo post, nempe d. 15 Nov. ejusdem anni ordinarius Juris Professor renuntiatus est, Magistratum Academicum gerens \*\*\*). Ad dicta Assessoris

*Lex. Biogr.* p. 472. Manca autem, nec omnia vera, quæ de illo BACKMEISTER I. c. p. 162 affert. Fufior quidem illo est GADEBUSCHIUS P. I. p. 297. in annis vero annotandis minus accuratus. In scriptis vero Stjernstrålii enumerandis tantum a perfectione utriusque series abest, ut quartam duntaxat in mea enumeratorum partem contineat; hanc autem meam enumerationem completam dicere numerus vetat, ab ipso Stjernstrålio commemoratus, & infra quoque a me commemorandus.

\*\*) Vide disputationum, sub ejus præsidio his annis habitarum, titulos.

\*\*\*) In disputationum titulis modo *Stjernstråhl*, modo *Sternstrahl* eum appellari video. Non igitur dubitandum est, quin erroneum sit nomen *Stjernstål*, quod ei MOLLER in *Fatis Dorp.* p. 45 indidit.

\*\*\*) Hoc anno Rectorem Magnificum eum fuisse, docens etiam disputationum tituli,

soris & Professoris munera tertium accessit, dum a. 1653 d. 20 Aug. juxta constitutus est præfeturæ Coporiensis in Ingemannia Jūdex territorialis; singula vero qua fide ac perspicacia obierit, inde liquet, quod Jūdex territorialis præfecturarum Jamo & Ivanogorod juxta esse jubebatur a. 1667 d. 22 Maji. Tandem a. 1675 d. 6 Sept. Regii Dicasterii Dorpatensis Præses Vicarius factus diem suum a. 1686 d. 22 Dec. obiit. Vir erat subacti judicij, præclaræ eruditionis, tenax quidem propositi, sed justus & agendo indefessus; ac talem esse hominem oportuit, qui tot negotiis sustinendis atque gubernandis par esset, & tali quoque opus fuit in isto Academiæ statu, dum non nulli ex ipsis Patribus, nominatim Savonius, Schelenius & Crellius plura miscebant, quorum impetus fortiter repressit; nec solum in his retardandis, verum etiam, si qua res Academiæ major ageretur, ei præsto magnique usui insignis ejus dexteritas fuit \*). In obeundo professorio munere eam adhibuit diligentiam, ut, delata a. 1654 ad Academiæ Cancellarium querela, quod Professores munera sua negligentius curarent \*\*), & ita quidem, quasi negligentiae rei omnes essent, literis ad Cancellarium

\*) Diese Universität sandte ihn 1650 nach Riga, an die Regierung, um den Streit mit dem Stadtrathe zu Dörpat, der Accise wegen auszumachen, inquit Gadebusch l. c. sed longum foret extraordinaria ab illo gesta negotia enumerare.

\*\*) Cfr. h. hist. p. 47.

rium datis culpam a se his removere verbis non dubitaverit: "Non puto, apud Illustrem Dominum Generalem nomen omnium Professorum esse delatum, neque existimo Dominum Comitem in suis literis intelligere omnes D:nn Professores, sed forsitan unum vel alterum, qui multis annis officium professorium quoad utramque partem neglexerunt. Illi ergo pro se respondeant, atque sic ex speciali & proprio non faciunt quid commune. Ego facile pro me respondebo, &, si opus fuerit, non solum varia exercitia Academica, disputationes 172. typis excusas ac publice habitas, verum etiam sacrae Regiae Majestatis testimonium diligentia, manu Regia confirmatum, exhibeo, quod omnem designationem vel contestationem propriam superabit" \*).

#### Scripta:

1) Theorematata quadam cum succincta earundem explicatione, ex variis Philosophiæ Disciplinis collecta. Præf. Petro Schomero. Dorpati 1637. 4:0.

2) Theoria Solis Præf. Laur. Ludenio 1638.

3) Oratio de Eloquentiæ, Dorpati habita 1638 sed impr. a. 1639. 4:0.

I i

4) de

Has literas video innotuisse GEZELIO l. c. sensum Alleganti; mecum vero ex schedis socii sui von STJERNMAN hæc excerpta communicavit b. Episc. & Pro-Canc. OL. CELSIUS; datæ autem sunt d. 16 Martii 1654.

- 4) de Homine Præf. Eodem ibid. 1638. \*)  
 5) de Natura & Constitutione Politice in genere.  
     Resp. Petro Trottonio Smolando ibid. 1640.  
     4:o.  
 6) Republica in genere R. Andrea Laurentii Flojero Smolando ibid. 1640. 4:o.  
 7) Justitia R. Petro L. Schonbergio, O. Gotho ibid.  
     1641. 4:o.  
 8) Astronomiæ Natura R. Haquino Platino Smol.  
     Sveco ibid. 1641. 4:o.  
 9) In Octo Libros Physic. Aristot. περὶ τῆς Φυσικῆς  
     ακροατεως, sive de Naturali Auscultatione Dispu-  
     tatio 1:ma, continens nobiliores Notas &  
     Quæstiones super Text. 1, 2, 3, 4, 5. Cap. I.  
     Lib. I. R. Carolo Petri Undenio W. Goth.  
     Sveco, ibid. 1642. 4:o.  
 10) In octo Libros Phys. Arist. &c. Disp. II:da  
     continens nobil. Not. & Quæst. a Textu 6.  
     usque ad Text. 22. Lib. 1. Cap. 2. R. Nic-  
     olaio Erici Rundelio Örebr. Sveco ibid. e. a. 4:o.  
 11) in Octo LL. Ar. &c. disp. III:a &c. Cap. 3.  
     lib. 1. a textu 22 ad text. 32. R. Ingemaro  
     Petri Smetander W. Gothia Sveco ibid. e. a.  
     4:o.

## 12) in

\*) Præside Laur. Ludenio etiam disputavit de Semivir-  
     tutibus, vid. h. h. p. 227. N. 136 haec vero dispu-  
     tatio, octavam exercitationum Ludenii de *Viro Practico*  
     partem constituens, Præsidis est, non Respondentis.

- 12) in octo LL. Ar. &c. disp. IV &c. Cap. 4. Lib.  
     I. a. t. 32 ad t. 42. R. Petro Laur:ii Schon-  
     bergio O. Goth. Sv. ib. e. a.  
 13) in O. LL. Ar. &c. d. V &c. C. 5. L. 1. a  
     t. 42 ad t. 50. R. Carolo Jonæ Rubero Smol.  
     Sv. ib. e. a.  
 14) in — disp. VI. &c. C. 6. L. 1. a t. 50 ad t.  
     58 R. Haquino Magni Platino Smol. Sv. ib:  
     e. a.  
 15) in — d. VII — C. 7. L. 1. a t. 58 ad t. 65.  
     R. Johanne Jonæ Allengren W. Goth. Sv. ib.  
     1643.  
 16) in — d. VIII. — C. 8. ) \*).  
 17) in — d. IX. — — —  
 18) in — d. X — C. 1. L. 2. a t. 1. ad t. 6. R.  
     Jona Johannis Scarenfi W. Goth. Sy. ib. 1644.  
 19) in — d. XI. C. 1. L. 2. a t. 6 usque ad fin.  
     Cap. R. Tholeto Tholerti Arvikander Wermi.  
     Sv. ib. e. a.  
 20) in — d. XII. C. 2. L. 2. a t. 16 usque ad fin.  
     Cap. R. Andrea Laurentii Flojero Smolandia  
     Sveco e. a.  
 21) in — d. XIII. — C. 3. L. 2. a t. 27 ad 32  
     R. Laurentio Erici Emzelio W. Goth. Svec.  
     e. a.

## 112

## 22) in

\* In mea collectione hæc defunt, nec alibi eas vidi; Re-  
     spondentium igitur nomina adscribere non potui;  
     eandem esse reliquarum rationem, ad quas Respp. no-  
     mina defunt, facile intelligitur.

- 22) in — d. XIV. — C. 3. L. 2. a t. 32 usque ad fin. Cap. R. Andrea Helgonis W. Goth. Svec. e. a.
- 23) in d. XV. —
- 24) in — d. XVI. C. 6. L. 2. a t. 57 ad t. 68. R. Laurentio Torstani Lohm Smoland. Svec. e. a.
- 25) in — d. XVII. — C. 7. L. 2. a t. 68 usque ad fin. Cap. R. Olao Michaële W. Goth. Svec. e. a.
- 26) in — d. XVIII. C. 8. L. 2. a t. 75 usque ad fin. Cap. R. Jacobo Columbo W. Goth. Svec. e. a.
- 27) in — d. XIX. — C. 9. L. 2. a t. 87 usque ad fin. Cap. R. Olao Nicolai Bergio Smol. Svec. 1645.
- 28) in — d. XX. — C. 1. L. 3. a t. 1. usque ad fin. Cap. R. Jacobo Andreæ Tyblæo Suderm. Svec. e. a.
- 29) in — d. XXI. — C. 2. L. 3. a t. 6 usque ad fin. Cap. R. Georgio Joh. Hornigk Aboënsi e. a.
- 30) in — d. XXII.
- 31) in — d. XXIII. — C. 4. L. 3. a t. 27 ad t. 42. R. Laurentio Laurentii Kilander Westro-Gothia Sveco e. a.
- 32) in — d. XXIV. — C. 5. L. 3. a t. 42 usque ad fin. Cap. R. Samuele Olai Löfswing Smol. Sveco, e. a.

33) in